Verſ. *Erit verò.*

34 Non conveniunt interpretes *dict. l. 2.* an habeat locum, ſi in abſentem proferantur verba injurioſa ibi expreſſa; & hæc *D. Covarr.* diſtinctio vera videtur, de quo per Guttierr. *q.* 122. Parlador. *nu.* 33. D. Joan. Vela *d. cap.* 16. *pag.* 9. *verſ. Tertio obſerva*, Perez *in l. fin. tit. 1. lib. 1. Ordinam. colum.* 57. *verſ. Quod intellige*, Avendañ. *de injur. n.* 8. Plaza *cap.* 1. *n.* 2. Clar. *d. §. injuria, nu.* 36.

Verſ. *Juſtiſſimum tamen.*

35 Bona fama, propter honorem ex ea provenientem, tanti; maximè ab ingenuis hominibus, æſtimatur, ut longe pretioſior ſit omni commodo temporali: Chaſſan. *in catalog. glor. mundi, conſider.* 1. 2. Menoch. *dict. conſil.* 302. *à princip.* Cyriac. *com. 1. controverſ.* 104. *num.* 9. 10. Avend. *numer.* 20. Surd. *deciſ.* 89. *num.* 1. Jaſ. *in l. reprehendenda, notab.* 3. *C. de inſt. & ſubſtit.* Odd. *de reſtitut. in integ. quæſt.* 89. *n.* 21. Quare Ariſtot. *in œconomic.* ſcripſit, ægriùs ferre homines honoris jacturam, quam ſi ſibi omnia auferrentur bona; ut refert Menoch. *dict. conſ.* 301. *num.* 3. Ipſa namque fama, ſive honor

36 ineſtimabilis eſt theſaurus; Bald. *in l.* 1. *colum.* 4. *C. de confeſ.* Flamin. *de reſignat. benefic. lib.* 5. *quæſt.* 3. ejuſque amiſſio aſſimilatur morti, Gloſſ. *in l. juſta 9. verb. Infamia, ff. de manumiſſ. vindict.* Cyriac. *controverſ.* 101. *num.* 46. *& controverſ.* 270. *num.* 25. Bobadill. *ſup. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 44. Curtel. *de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *quæſt.* 31. Qui duo ex hoc tenent, non gaudere immunitate Eccleſiæ, qui alii Nobili injuriam proditoriè infert, ac ſi ipſum occidiſſet. Ex quibus conſtat, maxi-

37 mè oportere, quod fama reſtituatur. Cujus reſtitutio adeò eſt neceſſaria, ut nullo alio modo poſſit damnum illatum reſarci-

38 ri; nam etſi Princeps reſtituat infamatum, volens eum à nota illa omninò liberare, & infamiam tollere, quod poteſt; Cacheran. *deciſ.* 101. *num.* 2. Sforcia Odd. *part.* 2. *quæſt.* 92. infamiam facti non valet extinguere; quoniam opinio hominum de probitate, vel improbitate alicujus, nulla humana authoritate mutari poteſt, neque efficere, ut qui infamis ex moribus cognoſcitur, honeſtus, ac bonus judicetur; Roman. *ſingular.* 469. incipit: *Dubitatio eſt magna.* Barboſ. *in collectan. ad cap. ex tuarum* 8. *num.* 4. *de purgat. canonic.*

Verſ. *Ex quibus auſus eſt.*

39 Hanc *Ananiæ* doctrinam, ut ſcilicet verbis injurians Cardinalem, afficiatur pœnis ſtatutis in *cap. fœlicis* 5. *de pœn. in* 6. in eorum percuſſores, improbant communiter DD. Barboſ. *in collectan. ad illud. n.* 15. Bernard. Diaz *in praxi cap.* 69. *nu.* 3. *impreſſ. noviſſ.* ubi Salced. Plaza *d. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 28. Guttierr. *quæſt.* 138. qui D. Covarr. veſtigia repetens rem examinat.

Ibi: *Sed & quintò.*

40 Verba injurioſa in Principem proferens, etiam pravo animo læſæ Majeſtatis reus non cenſetur; Oldrad *conſ.* 210. *col.* 1. Abbas *conſ.* 57. *col.* 3. *lib.* 1. Hyeronim. Gigas. *in tract. de crim. læſ. Majeſt. quæſt.* 4. *nu.* 9. 10. *verſ. Ex prædictis concluditur*, Perez *in l.* 3. *gloſ.* Tales coſas, *tit.* 8. *lib.* 8. *Ordinament.* Guttierr. *ſupr. nu.* 10. Plaza *ſupr. cap.* 1. *nu.* 29. Afflict. *deciſ.* 265. *nu.* 61. 62. Maſcard. *concluſ.* 462. *num.* 35. Baiard. *ad Jul. Clar. §. læſæ Majeſtatis, nu.* 7. *verſ. Item adde*, Farinac. *dict. quæſt.* 105. *nu.* 417. Caball. *reſol. crimin. cent.* 3. *caſ.* 235. *à n.* 13. qui limitat, cum per ea verba honor Principis læderetur, *nu.* 22. idem tenent Baiard. *nu.* 11. Decian. *tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *n* 10. *verſ. Item proditor.*

41 Sed ſupremi Principes præ Majeſtate, & animi magnitudine, ſæpè petulantiam ſibi maledicentium ſubditorum benignè contemnunt, ut colligitur ex *leg. unic. C. ſiq. Imper. maledixer.* Menoch. *conſ.* 1197. *n.* 27. multa adducens exempla, præſertim egregium illud Cæſaris Auguſti reſponſum ad Tiberium, qui querebatur, ac ægrè ferebat, quod in Cæſarem multa turpia jactarentur iniquè, cui ille reſcripſit: *Ætati tuæ, mi Tiberi, noli in hoc indulgere, & inimicum indignari quemquam, qui de me malè loquatur, ſatis eſt enim, ſi hoc habemus, nequis nobis malefacere poſſit.* Eſt enim magnanimi, ac Regii animi injurias remittere, Ariſtotel. *l. 4. Ethicor. cap.* 3. & in *lib. de virtut. Magnanimus*, inquit, *& fortis quidem eſt, qui ferre injuriam abſque vindictæ ſtudio poteſt.* Cicer. *epiſt. ad Senat.* poſt reddit. ſuum: *Non eſt mei injurias meminiſſe, quas ego etiam ſi ulciſci poſſem, tamen obliviſci mallem.* Senec. *de formul. vitæ*, Conrad. *in temp. judic. lib. 1 tract. de duello, part. 6. de pace, concl.* 103. Natta, *conſ.* 597. *in fine; lib.* 3. Bobadill. *dict. lib.* 2. *cap.* 7. 8.

Ad Num. 6.

Mirum eſt, quanta ſit DD. diſcordia, dum tractant de objiciente verum crimen per injuriam; quoniam dubitatur, qua pœna teneatur, vel an indemnis ſit relinquendus? Farinac. *d. quæſt.* 105. terdecim retulit opiniones inter quas illa *Bartoli* diſtinctio, ut ſi expediat Reipublicæ delictum detegi, non puniatur aliàs ſecus; deſumpta ex *l. eum qui nocentem* 18. *ff. de injur.* magis frequenter eſt admiſſa, ut teſtantur Cevall. *dict. quæſt.* 323. *num.* 4. Ant. Gom. *dict. cap.* 6. *num.* 2. *verſ. Dubium tamen*, Guttier. *quæſt.* 123. *num.* 6. Plaza *dict. lib.* 1. *cap.* 2. qui quamplurimos laudant. At in praxi apud nos obſervari præſentem *D. Covarr.* ſententiam, ac veriorem eſſe, ut alteri delictum opponens etiam verum pravo animo in judicio, vel extra, actione injuriarum ſit aſtrictus; etiamſi publicè interſit, illud pateſieri, docent Guttierr. *ſupr. nu.* 7. *cum ſeqq.* Jul. Clar. *ſupr. n.* 70. Grammatic. *deciſ.* 37. Pegur. *deciſ. crim.* 13. *nu.* 15. 16. Humad. *in d. l.* 25. *gloſſ.* 1. *nu.* 10. *tit.* 18. *p.* 2. Azeved. *nu.* 217. Farinac. *dict. q.* 105. *nu.* 247. Pichard. *in §. injuria, nu.* 18. *Inſt. de injur.* Salced. ad Bern. Diaz *in reg.* 784. *colum.* 1. 2. & alii. 42

Sed Bartoli ſententia in puncto juris verior apparet; quam tuentur ultra *Cevall.* Ant. Gom. & Plaz. *ubi ſuprà*, Fachin. *controv. lib.* 9. *cap.* 10. Aviles *in proœm. capit. Prætor. nu.* 15. Gregor. Lop. *in l.* 1. *gloſſ.* 7. *in princip. tit.* 9. *p.* 7. Boër. *conſ.* 4. *nu.* 36. Gail. *lib.* 2. *obſervat.* 99. *nu.* 1. 2. Nec qui cum *D. Covarr.* ſentiunt, ſatisfaciunt *d. l. eum qui nocentem*, neque *l. fin. in fine, tit.* 9. *part.* 7. ut conſtat ex traditis per Guttierr. *n.* 14. nam dicere, intelligendum eſſe Conſulti reſponſum, ubi ſine animo injuriandi crimina objiciuntur, quæ ſciri publicè refert; non poteſt ſuſtineri; quandoquidem ibi de actione injuriarum danda tractatur, atque ideò ſupponendum eſt, animum fuiſſe injuriandi, abſque quo illa actione nemo tenetur, 43

44 *l. ſi non convitij* 5. ubi notant omnes, *C. eod.* Menoch. *dict. conſ.* 1197. *in princip.* Ant. Gom. *dict. cap.* 6. *n.* 2. Pacian. *d. cap.* 59. *num.* 51. Guttierr. *ſupr. num.* 7. Azeved. *num.* 19. Sic reſpondet Fachin. *ſupr. verſ. Verum iſtis.* Et non eſt attendendum,

45 quod ex tali impunitate anſa peccandi præberetur, revelando crimina occulta proximi: quoniam ob bonum publicum, quod in detectione, ac coërcitionem criminum verſatur, *l. congruit* 13. *ff. de offic. Præſ. l. ſi ita vulneratus* 52. *ff. ad l. Aquil.* peccatum illud tolerabatur, ſicuti alia nec pauca ex eadem cauſa diſſimulabantur, ut continuatio uſucapionis, non obſtante mala fide ſuperveniente poſſeſſori; *l. unic. §. cum autem, C. de uſucap. transform. l. bonæ fidei* 48. §. 1. *ff. de acq. rer. dom.* ubi notatur: & læſio intra dimidiam juſti pretij, *l.* 2. *C. de reſcind. vend.* & licèt primum jure Canonico ſit correctum, ſecundum obſervatur, ut ex *cap. cum delicti* 3. *& cap. cum cauſa* 6. *de empt.* colligunt DD.

46 Opinio tamen *D. Covarruv.* & praxis benè defenditur à Guttierr. *num.* 15. 16. tanquam magis conveniens moribus, ac pietati Chriſtianæ, ne intuitu impunitatis homines facilè labatur ad aliena delicta manifeſtanda; quod valdè gravis culpa reputatur, ut advertunt Theologi; ex quo etiam maxima frequenter oriuntur ſcandala, & inimicitiæ; quapropter expedit, ne hujuſmodi injuria impunita relinquatur, ſed ſupplicium erit temperatè adhibendum, ut monet D. Covarr. *infra, verſ. Octavò mihi*, & ſentit Azeved. *num.* 217.

Ad Num. 7.

Verſ. *Primum injuriarum.*

47 Conſentiunt Guttierr. *num.* 18. & alij laudati *ſupr. num.* 42. *in fine.* Quid ſi injuria laceſſitus crimen in continenti, vel defectum objecerit, communior reſolutio eſt, quod ille mitiùs plectatur, de quo latè idem Guttierr. *q.* 128. Pacian *ſup. à n.* 45. Farinac. *d. q.* 105. *n.* 306. *cum ſequentibus.* Sed ſi verba injurioſa referat ad propriæ famæ defenſionẽ duntaxat, non ad injuriam alterius, nulla pœna eſt dignus; Pacian. *d. lib.* 1. *cap.* 59 *num.* 51. Cyriac.

controv. 126 *n.* 35. Menoh. *conſ.* 107. *n.* 42. Nam & in foro animæ, licet vera, etſi occulta ſint, crimina injurianti objicere, ut propter infamiam, ei audientes nullam fidem adhibeant, quando aliter quis proprium honorem illibatum ſervare nequit: Dian *dict. part.* 5. *tit.* 13. *reſol.* 26.

50 Mendoza, 2. *diſp.* 70. *ſect.* 14. *à* § 117. Ubi autem non conſtat, quis provocaverit, & quis fuerit provocatus, utrinque actio compenſatione tollitur; *l. ſi ientiam* 46. *§. ſi cum ſtramenta ff. ad leg. Aquil.* Roman *in l. cum mulier, num.* 64. *col.* 17. *ff. ſolut. matrim.* Guttier. *d. q.* 123. *n.* 24. Pacian. *n.* 45.

51 Fiſcus tamen ab utroque pœnam extorquebit, Pacian. *ibidem, verſ. At reſpectu.*

Verſ. *Secundò eadem ratione.*

52 De pœna edentis, aut manifeſtantis famoſum libellum, conſule Ant. Gom. *d. c.* 6 *num.* 1. Bonacin *oper. mor. tom.* 1. *tract. de reſtitut. di p.* 2. *q.* 4. *punct.* 9. *n.* 9. Rævard. *ad leg. duodecim tab. c.* 25. Plaz. *d. c.* 1. *n.* 5. *& c.* 3. *per totum.* Pichard. *in d. § injuriæ, à n.* 20. *& in manuduct. ad prax. p.* 3. § 4 *n.* 7. Farinac. *d. q.* 105. *à n.* 421. *& conſ.* 30. *per totum*, Pradill. *de leg. pœnali, p.* 1. *c.* 42. Eſcob *de puritat. ſanguin. part.* 2. *q.* 2. Guttierr. *d. q.* 123. *n.* 28. *& q.* 141. *per totam.* Et pœnam arbitrariam eſſe, docent Farinac. Pichard. & alij. Nec di-

53 ſtinguitur, an verum vel falſum ſcribatur, *l.* 3. *t.* 9 *part.* 7. Guttierr. *dict. n.* 28. Ant. Gom. *ſupr.* Farinac. *n.* 344 Plaza, *ſupr.* & alij communiter. Quod ita verum eſt, ut procedi non poſſit ad inquiſitionem ſuper delictis in libello expreſſis, niſi aliunde fama ſuboriatur, *cap. inquiſitionis* 21. 3. §. *de accuſationibus*, Greg. Lop. *in d. l.* 3. *gloſ.* 5. Cevall. *tom.* 2 *q.* 821. *à n.* 26. Simanc. *de Catholic. inſtit. c.* 44. *n.* 10.

Verſ. *Tertiò, ex his.*

Sequuntur. Guttierr. *nu.* 29. Plaza *ſupr. d. c.* 1. *n.* 4 *in* 3.

54 *concluſ.* Cevall. *d. q.* 323. Salced *in addit. ad Bern. Diaz. dict. reg.* 784. *verſ. Secundò, ex his*, Farinac. *q.* 105. *n.* 39. Imò acerbiùs eſt plectendus exprobans crimen injuriandi animo in judicio, quam ſi extra illum objiceret, Tuſchus *lit. I. concl.* 153. *n.* 3. Ancharran. *conſ.* 325. *n.* 3. nam atrox injuria cenſetur, quæ coram Prætore fit: *l. Prætor.* 71. *§. fin. ff. de injur.* Revard. *variar. lib. c.* 9.

Verſ. *Quartum, optimè.*

55 Ita Guttierr. *ubi proximè, verſ. Idem erit.* Gratian. *diſceptat. tom.* 1. *c.* 18. *n.* 12. Tuſch. *lit. I. concl.* 160. *n.* Oldrad. *conſ.* 53. *in princip.*

Verſ. *Quintum, palam eſt.*

56 Cum in dubio animus injuriandi præſumendus non ſit, Menoch. cum multis, *d. conſ.* 1197. *n.* 13. Tuſch. *nu.* 5. Cuman. *conſ.* 74. dolus enim ad injuriam deſideratur, Gratian. *d. c.* 81. *n.* 13. Tuſch. *lit. I. conc.* 159. *nu.* 21. Menoch. *conſ.* 1197. *n.* 19. qui nunquam præſumitur, ubi alia conjectura capi poteſt, Menoch. *de præſump. lib.* 5 *præſ.* 3. *num.* 14. *l. dolum. C. de dol.* verba injurioſa in judicio prolata ſi apta ſint, potius ad cauſæ defenſionem, quàm ad injuriandum dicta cenſeri debent, niſi aliud appareat manifeſtè; Guttier. *num.* 20. 21. 29. Cevall. *dict. q.* 323. atque ita non puniuntur Tuſch. *n.* 13. 16. Boſ. *tit. de injur. n.* 21. Quod ſi non probetur crimen objectum, objiciens tenetur; niſi proteſtatione, vel alia juſta cauſa excuſetur; Tuſch. *n.* 4. *& conc.* 160. *n.* 6. Clar. *lib.* 5. *§. fin. q.* 53. *n.* 4. Gratian. *nu.* 9. Paz *in praxi tom.* 1. *temp.* 9. *n.* 22.

Verſ. *Sextum juris eſt.*

57 Guttierr. *nu.* 22. Perez *in rubric. tit.* 9. *lib.* 8. *Ordinam pag.*

58 26. *col.* 2. Probabile tamen eſt, detegere uni, vel duobus viris honeſtis ſine pravo animo crimen alienum occultum, ſi certò ſciat detector, eos revelaturos non eſſe ſecretum, etiam abſque juſta cauſa utilitatis publicæ, vel privatæ, non eſſe peccatum lethale, Caietan. 2. 2. *q.* 62. *art.* 2. Tanner. *ibi diſp.* 4. *q.* 8. *dub.* 7. *num.* 138. Dian. *p.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 33. *& p.* 2. *tract.* 17. *reſol.* 22. Reginald. *in prax. for. pœnitent lib.* 24. *n.* 75. & fatetur Bonac. quamvis aliud teneat, *ſupr. dict. q.* 4 *punct.* 3. *num.* 2. 59

Qui bona fide manifeſtat alterius delictum occultum, quia putavit publicum, vel non advertit ad culpam, aut ex alia cauſa, quamvis non peccet, nihilominus ad reſtitutionem famæ, ſi ſine proprio detrimento poſſit, tenetur Sanch. *in decalog. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 28. Becan. *de juſt. & jur. in quæſt* 72. D. Tom. *quæſt.* 24. *num.* 1. 2. Lug. *eodem tract. tom.* 1. *diſput.* 15. *num.* 2. *cum ſequentibus*, Molin. *tom.* 5. *diſput.* 40. *num.* 3. Leſ. *lib.* 2. *cap.* 11. *diſput.* 22. Bonacin. *dict. q.* 4. *punct.* 6. *num.* 10. 11.

Eſt ſententia plurium Theologorum, poſſe eum, qui infamavit proximum per detectionem veri criminis oculti, ſe mentitum fuiſſe aſſeverare abſque aliqua culpa, ſine mendacio per abſtractionẽ, intelligendo ſcilicet de mendacio practico, quod eſt omne opus rationi diſſonum, Salon. 2. 2. *quæſt* 62. *articul.* 2. *controverſ* 21 *concluſ.* 4. *ad finem*, Bañez, *ibi dub.* 8. Petr. de Ledeſ. *in Sũm. tom.* 2. *tract.* 2. *cap.* 7. *concl.* 3. Henric. *lib.* 5. *de pœnit. cap.* 12 *num.* 6. Leſ. *dict c.* 11. *dub.* 2. *num.* 110. Navarr. *lib.* 2. *de reſtitut cap.* 4. *in nova edit part.* 3. *dub* 5. *nu.* 242. *cum ſequentibus*, Sayrus *in clavi Regia, lib.* 11. *cap* 4 *num.* 27. & alij, quos affert, & ſequitur Sanch. *ubi proximè*, de quo Guttierr. *quæſt.* 124. cui contrarium placet, & hanc ſententiam pro viribus impugnat. *à nu.* 14 idem tenet Bonacin. cum alijs *punct.* 15. *n.* 2. Sed a prima opinione recedendum non eſt. 60

Verſ. *Septimùm apparet.*

Guttierr. *dict. q.* 123. *num.* 22. *cum ſeqq.* nam obligatio ad reſtituendum non oritur ex prava intentione, ſed ex actu 61 externo injuſto, de quo D Covarr, *in reg. lape catũ, p.* 2. §. 7. *nũ.* 8 *concluſ.* 2. 3. Sanch *conſil. moral. lib* 2. *cap* 1. *dub* 49. *n.* 6. Lug. *de juſt. & jur. tom.* 1. *diſput.* 8. *ſect.* 6. *nu.* 79. & *per totam*, hoc latè examinat; & inde eſt, ut abſque peccato inſurgat reſtituendi obligatio; ut dixi *ſupr. num.* 50.

Verſ. *Octavò, mihi probabile.*

Qui verũ defectum ex contentis in *dict. l.* 2. ad injuriã 62 dixit canere palinodiam non debet; Olan. *in antin. jur. lit. I. à num.* 4. Plaz *dict. cap.* 1. *n.* 6. Aviles *in d. proœm. n.* 20. Parlador *num.* 33. Salced. *in dict. reg.* 784. *illat.* 5 Humad. *in d. l.* 25 *gloſ.* 1 *tit.* 8. *part.* 2. Azeved. *in d. l.* 2. *Recopil. nũ.* 205. *cum ſeq* Guttierr. *num.* 17. Quamvis Greg. Lop. *in dict l.* 1. *gloſ.* 7. *poſt medium, tit.* 9. *part.* 7. ſentiat, teneri ad palinodiã canendam eo modo quo abſque mendacio poſſit; veluti aſſerendo, ſe malè dixiſſe, vel quod injuſte diffamaverit. Dubitatur autem, num ſit admittendus ad probandum 63 adulterium, qui virum *cornutum*, aut uxorẽ *meretricem* appellavit? quam quæſtionem movet Gregor. Lop. *in dict. l.* 25. *gloſſ. magna*, & cogitandum relinquit reſponſum; ſed Guttier. *quæſt.* 125. affirmativè reſoluit, cautè tamen agendum, num. 3. admonet, pro perſonarum qualitate, ob periculum mulieris, & adulteri, Negat Azeved. *num.* 45. niſi vir conſentiat adulterio.

Ad num. 8.

Quod injuria verbalis, ſi gravis ſit, illata donatori, ſuf- 64 ficiat ad revocationem donationis, probãt *l.* 10. *tit.* 4. *part.* 5. Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *cap* 4. *nũ.* 14. Hermoſill. *in d. l.* 10. *gloſſ.* 2. *num.* 1. Guttierr. *conſ.* 24. *num.* 2. Molin. *de juſt. & jur. diſp.* 28. *numer.* 2. Azor. *inſtit. moral p.* 3. *lib.* 11. *de donat. q.* 2. *verſ. Prima cauſa*, Donell. *lib.* 14. *cõmentar. c.* 27. ubi Iliger. *lit. A.* Borell. *in ſumm. deciſion. tit.* 12. *lib.* 3. *num.* 6. Idem erit ſi talis injuria nutu, vel ſignis irrogetur, quod fieri poteſt; Azeved. *in d. l. nu.* 79. 81 Bellovi*ſ. in prax. cap.* 3. *verb.* 65 *Animo injuriandi, num.* 34 *Guttierr. quæſt* 141. *num.* 26. Farinac. *d. quæſt.* 105. *nũ.* 469 Quæ verò gravis, ſive atrox injuria ſit? Iudicis arbitrio relinquitur; perſonarum qualitate, & circunſtantiis conſideratis, juxta *l. tit.* 9. *p.* 7. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 263 *num.* 2. Cõrad. Laudenſ. *in tract.* 8 *duell. concluſ.* 7. *num.* 16. Clar. *lib.* 5. *recep. ſentent. §. injuria, à nu.* 1. ubi Baiard. Molin. *d. diſp.* 1 6. *num.* 3. *& d. diſp.* 28. *num.* 2. Ant. Gom. *dict. lib.* 3. *cap.* 6. Hermoſ. *ubi proximè.*

Verſ. *Decimò, multò difficiliùs.*

66 Donatio ex cauſa ingratitudinis poteſt revocari, ſi donatarius accuſaverit donatorem de crimine etiam vero; quo probato; veniret imponenda pœna mortis, membri alicujus mutilationis, infamis, vel amiſſionis majoris bonorum partis. Idem iuris eſt, ſi ſponte teſtimoniũ dixerit, ſi delator, Advocatus; aut procurator in hujuſmodi cauſis fuerit, & ſi, cùm judex fuiſſet, per injuſtitiam grave documentum donatario intulerit. Excuſatur autem ſi accuſationem inſtituerit, quam nefas eſſet omittere, ut in crimine hæreſis, & ſimilibus; & quando aliquod ex prædictis muneribus in donatorem coactus exercet; aut ſi ſuã, ſuorumve injuriam proſequatur, quoniã donatio minimè revocationi ſubjacebit; excepto Iudice perperam judicãte, in quo huic diſtinctioni non eſt locus: faciunt ad prædicta *l. Prætor edixit 7. § præterea, ff. de injur. l. ſi adulteriũ. 38. § liberto. ff. ad l. Iul. de adulter.* de quibus conſulẽdi ſũt, Molin. *dict. diſp.* 281. *n.* 2. Farin. *in fragmẽt. lit. F. n.* 57. Oſuald. ad Donell. *ubi ſupr. lit. C.* Borrell. *in ſumm. deciſ. tit.* 12. *lib.* 3. *n.* 6. Palac. Rub. *in rubric. de donat.* § 8. *n.* 23. latè Hermoſ. apud quem multi in *d. l.* 10. *gloſſ.* 2. *n.* 3. *cumſequentibus.*

67 Illa verò revocatio donationis ob ingratitudinem ex præfata; vel alia cauſa, procedit, niſi donatio remuneratoria fuerit; *l. ſi pater 35. §. 1.* & *ibi* Gloſſ. *verb. Irrevocabilis, ff. de donat.* Iaſ. *in l. ſi non ſortem, § libertus, n.* 8. *ff. de condict. indeb.* Duennas, *in reg.* 224. *limit.* 4. Guttier. *dict. conſ.* 24. *n.* 25. Baeza, *de inop. debitore, cap* 20. *n.* 6. Menoch. *conſ.* 1007. *n.* 70. 71. Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 45. Tuſch *lit. D. concl. ſ.* 11. *n.* 33. Gregor. Lop *in dict. l.* 10. *gloſſ.* 1. Garc. *de donat. remunerator n.* 9. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 13. *tit.* 15. *n.* 33. Marta *deciſ.* 15. *n.* 28. Iul. Clar. *ſup. lib.* 4. § *donatio, quæſt.* 21. *num.* 4. Hermoſ. *in dict. l.* 10. *gloſ. n.* 1.

68 Similiter non revocabitur ingratitudine donatio facta ob cauſam, veluti ad contrahendum matrimonium, vel ingrediendum Religionem, effectu ſequuto; Menoch. ex multis *conſ.* 723. *n.* 9. *cum ſeqq.* Intrigliol. *ſing.* 87. *n.* 13. *lib.* 3. Surd. *de aliment. quæſt.* 48. *n.* 21. Molin. *dict. diſp.* 281. *n.* 12. 13. Gam. *deciſ.* 163. *n.* 3. Clar. *nũ.* 4. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 28. *n.* 4. Hermoſ. *n.* 14. qui alias limitationes tradit per totam gloſſam ad *dict. l.* 10. Tuſc. *ſupr. num.* 29. Nec ſi ex revocatione tertius patiatur detrimentum, Menoch. *d. conſ.* 723. *num.* 21.

AD CAPVT XII.

De Temporis computatione.

SVMMARIVM.

1 *De ratione temporis qui ſcripſerunt.*
2 *Quomodo Græci, Arabes, aliæque Nationes annos computabant, remiſſivè.*
3 *De Olympiadum initio, & computatione.*
4 *Hebræi à quo tempore ſuos annos numerabant.*
5 *Diluvium quo tempore evenit.*
6 *Roma quando fuit condita.*
7 *Conſules quo anno primi creati ſunt.*
8 *Quot diebus annus conſtat, & de ejus differentia.*
9 *Quo tempore Chriſtus natus eſt.*
10 *A quo olim annus apud Hiſpanos incipiebat.*
11 *Hodie omnes eodem modo annos Chriſti computant.*
12 *Anni Chriſti numerantur ab anno trigeſimo octavo Eræ Cæſaris.*
13 *De verbo,* Era.
14 *Era Chriſti quando in Hiſpania recepta eſt.*
15 *De computatione anni quoad fructuum diviſionem, remiſſivè.*
16 *Indictio, unde dicta, & quot annis conſtet.*
17 *Quando cœpit uſus indictionum, ad temporis computat.*
18 *Triplex Indictionum uſus.*
19 *Quæ deſiderantur in inſtrumenti confectione regulariter ut valeat, remiſſivè.*

DE Chronologia, ſive ratione temporum, tractarunt Genebrad. *in chronographia,* Iacob. Gualteri. *in tabula chronograp.* Parlador. *rer. quotidian. lib.* 2. *cap.* 10. *à num.* 1. Philipp. Bargomas. *in ſupplement. chronicar. lib.* 8. Cevall. *in præfat.* 2. *tom.* 4. *n.* 11. Vener. *in enchiridio tempor.* Barboſ. *in collectan. ad cap. inter dilectos,* 18. *de fid. inſtrum.* Petr. Mexia *in Sylva. part.* 3. *c.* 2. Marian. *in chronic. Hiſpan. lib.* 3. *c.* 24. Gregor. Lop. *in proœm. Partitar. gloſſ.* 23. *cum ſequentibus,* Dionyſi Petavius, *in rationario tempor.* Onufrius *in faſtis,* Cælius Rhodiginius *lib.* 10. *c.* 2. *de era,* Ant. Conti, *in chronic. canon. & faſtis.* 1

Docet, quomodo Græci, Arabes, Turcæ, Iudæi, & Ægy- 2
ptij ſuos annos computabant, & à quo anni noſtri tempore incipiebant, Petavius, *lib.* 1. *cap.* 5. 6.

Ad Num. 1.

Græcorum Olympiades, ſecundum computationem 3
Petavij (quem ſumus ſequuturi, quoniam ſedulus temporum rationem obſervat) initium habuerunt anno ab Orbe condito 3208. tempore æſtivo ſub ipſum ſolſtitiũ ſingulæ quadrienniũ continebant, & unuſquiſque annus conſtabat eiſdem ferè diebus, ac noſtri; dictæ ſunt ita ab Olympicis ludis, quos celeberrimè peragi, inſtituit Hercules in Iovis honorem, juxta Olympyam urbem in Peloponenſi regione, & à loco, ubi celebrabãtur, nomen acceperunt; ac quoniam quinto quoque anno ineunte repetebantur, tempus illud, quod inter utramque ludorum celebritatem labebatur, *Olympias* fuit vocatum; & à quo hi ludi invneti, aut inſtaurati ſunt, cœperunt Græci temporum rationem computare, Petavi. *d. lib.* 1. *c.* 5. *cap.* 10. & *lib.* 3. *cap.* 7. & *de doctrin. tẽpor. lib.* 9. *c.* 37. *cum ſequent.* Gualter. *Quarto ſæcul. pag.* 177. ubi docet, eam computandi cõſuetudinẽ à Conſtantino Magno ſublatam fuiſſe *anno Chriſti* 312. quo *indictionum* ſupputationem introduxit. 4

Hæbræi tempora computabant à diluvio univerſali, 5
Gregor. Lop. *ſupr. gloſſ.* 24: Ioan de Platea *in rubric. C. de indict. lib.* 10. Quod accidit poſt Mundi creationem anno 1656. cœpit, nec ceſſatũ eſt uſque ad totius Orbis inundationẽ *Geneſ. c.* 7. Petavi. *in rationar. lib.* 2. *c.* 2. *verſ. Vltim.* Greg. Lop. *dict. gloſſ.* 23. Ant. Conti. *in Chronic. canonic.* Qui quidem dies reſpondet vigeſimo-quinto noſtri Novembris, inundatióque duravit uſque ad diem quintũ Decembris anni ſequentis, quo Noë cum ſuis prodiit ex Arca, Petav. *ubi proximè.*

Vrbs Roma fuit condita *anno mũdi* 3231. & *tertio ſextæ Olympiadis*, hoc eſt, vigeſimo tertio anno poſt Olym-
piadum initium, die vigeſima prima Aprilis, qua primus 6
lapis ad ædificandã eam jactus eſt. Conſules verò creati ſunt anno ducenteſimo quadrageſimo quinto ab Vrbe
condita: Petavi. *in rationar. lib.* 3 *cap.* 9 & *lib.* 4. *c.* 5. *in prin* 7
cip. à quo Ant. Cont. *in faſtis* uno anno diſcrepat, ubi aſſerit, anno 244. fuiſſe creatos primos Conſules. Luc. Iun. Brut & Luc. Tarquini. Collatin. Lucretiæ maritum.

Anrũ, quo utimur, duodecim menſiũ, conſtantem 365. diebus & ſex horis. Iulius Cæſar invenit ãno ab Vrbe con-
dita 709. & ab eo Iulianus nuncupatur ad differentiam 8
ãni tropici, in quo curſus Solis exactè obſervatur, & lunaris, quibus nõ omnino adæquatur, ſed aliquãtulùm excedit, Petavi. *d. lib.* 1. *cap.* 1. 2. & *lib.* 5. *c.* 18. *verſ Anno itaque.*

Aliis opinionibus omiſſis, Chriſtus Dominus natus eſt
anno 3984. à creatione Orbis ab Olympiadum inventio- 9
ne 777. ab Vrbe condita 754 à tẽpore Iulii Cæſaris 46. Petavi. *in ration. lib.* 2. *c.* 10. *in fine,* & *lib.* 6. *c.* 1. Conſulib. C. Cæſ. Octaviã. Aug. & Marc. Plaut. Silvanos, Ant Cont. *ſup.*

Apud Hiſpanos poſt relictam Cæſaris Eram, annus inchoabatur à die ipſo Dominicæ Nativitatis, quæ ut re-
linqueretur, conſtitutum eſt à Rege Ioanne I. anno Chri- 10
ſti 1383. Molin. *de primog. lib. cap.* 3. 11. *n.* 18. Vener. *ſup. in princip.* Greg. Lop. *in l.* 54. *gloſ.* 3. *tit* 18. *p.* 3. Parlad. *rer. quotidianar. dict. cap.* 20. *n.* 3. *cum ſeqq.* Eſcob. *de ratiotin. lib.* 2. *comput.* 11. Sed jam annus incipit à Kalendis Ianvariis, ut etiam quondam obſervabatur ante dictum conſtitutionem Regis Ioannis, cùm tempora juxta Eram Cæſaris computabantur

computabantur ab Hiſpanis; nam anni Iuliani prima die Januarij inchoantur, Petau. *d. lib.* 5. *c.* 18. *in fine.*

Ad Num. 2.

11 Hoc dubium hodiè ceſſat, ſi quidem annos Chriſti omnes eodem modo computamus, atque ita à Kalendis Ianuarijs anni currentis uſque ad ultimum diem Decembris incluſivè, nullus negat, eſſe annum Chriſti 1658. Petau. *d. lib.* 1. *cap.* 4. *verſ.* In. *Era Chriſtiana.*

Ad Num. 3.

Inter omnes convenit, annos Chriſti cœpiſſe numera-
12 ri poſt trigeſimum octavum Eræ Cæſaris, ut teſtantur, quos laudavimus nuper *n.* 10. Ideo autem Hiſpani ab eo tempore *Eram* Cæſaris receperunt, & non antea, quoniam tunc à Senatu ſunt confirmata facta ab Auguſto, maximè Imperij diviſio cum Antonio conventa, Petau. *dict. c.* 18. *in fine.*

13 De verbo, *Era*, varia dixerunt Parlador. Eſcob. Pet. Mexia, Greg. Lop. *ubi ſup.* Hieronym. Roman. *in commentar. de las Republica, p.* 2. *lib.* 9. *c.* 6. Sed illud magis placet. quod D. Covarr. *in præſenti* tradit ultimò, & ſequitur, ac explicat apertius Marian. *d. c.* 24. nempè *Era* à Latinis uſurpari pro pecuniæ, temporis, aut alterius cujuſque rei computatione, aut numero, à quibus Hiſpani verbum illud acceperunt ad rationem temporum demonſtrandam; atque ita idem eſt dicere, *anno milleſimo Eræ Cæſaris,* ac *hic eſt annus milleſimus* ſecundum computationem, quæ habuit initium à tempore Cæſaris: ſic in *proœmio Partitarum, col.* 4. Rex Alphonſus loquitur, ibi: *Que començo quando andava la Era de Adan an* 5021. *annos Hebraicos.* Hoc eſt: *Quando conforme à la quenta del tiempo de Adan, era el anno de* 5021. *ſegun los Hebreos.* Ubi ipſe Mariana advertit, verbum, *Era*, ſine diphtongo ſcribendum, quia non ab *ære* originẽ ducit.

14 Meminimus ſupra hujus conſtitutionis Regis Ioannis Primi, de qua omnes Hiſpani DD. allegati, & Mariana *lib.* 18. *c.* 6. Sed antea Aragoniæ regnum *Eram Chriſti* admiſerat anno 1358. juſſu Regis Petri quarti, qui *Ceremonioſus* cognominabatur, Marian. *lib.* 17. *c.* 2. Tandem Portugalliæ Rex Ioannes Primus idem ſequutus exemplum, ſimiliter ſtatuit anno 1415. Marian. *lib.* 20. *c.* 7.

15 Quomodo autem annus computetur, quoad diviſionem fructuum inter hæredes defuncti, & ſucceſſorem, circa majoratum, beneficium, & ſimilia, tradunt Parlador. Eſcob. Molin. *ubi ſupr.* Guttierr. *canon. q. lib.* 1. *c.* 33.

Ad Num. 4.

Unaquæque Indictio quindecim annos continet, quæ in
16 triplex luſtrum dividebatur, quod nomen Indictionibus convenit; quia *indicere*, eſt publica authoritate tributum populo imponere; & à quo tempore talis impoſitio, ſive indictio facta eſt, ratio annorum habetur; & quia ea tributi impoſitio 15. quoque anno repetebatur, inde eſt, quod Indictio quindecim conſtet annis, Gualter. *d. p.* 277. & 270. Otalor. *de nobilitat. p.* 1. *c.* 2. *nu* 20. 22. Garcia Toletan. in *in Lucerna rubricar. trium. libr. Codic. ſub. rubric. de indict. à n.* 6. Capelin. *verb. Indict.* Barboſ. *in collect. ad c. inter dilect. n.* 28. *de fid. inſtrument.* Ciacon. *in Iſagoge vit. Pontif. c. de. indictio. ration.* Marian. *lib.* 4. *c.* 16. Patau. *lib.* 7. *c.* 1. *verſ.* Fin Calvin. *in lexicon juris, verb. Indictio.*

Ad Num. 5.

Dubium eſt, à quo ſecundum Indictiones tempora com-
17 putari cæperunt; Aliqui volunt, Ab Auguſto inductum fuiſſe ante Domini nativitatem, ut D. Covar. docet *in præſenti*. Alij Conſtantino Magno id tribuunt ut teſtatur Petavius *ubi proximè*, & certius videtur, impoſitionem tributi ſub ea forma Indictionum ab Auguſto introductam; at quod ſecundum eas anni numerarentur, Conſtantinum primò conſtituiſſe anno Domini 312. Gaulter *ſupr. dict. pag.* 277.

Ad Num. 6.

Indictionum uſus triplex reperitur, nam Indictio vel 18
incipit à kalendis Septembribus, quæ *Conſtantinopolitana* dicitur; vel à Kalendis Octobris, & hæc *Cæſarea* nuncupatur, aut à kalendis Ianvarijs, quæ *Romana* appellatur: atque iſta utuntur Romani Pontifices in diplomatum ſuorum expeditione, Petau *ibidem*; & licèt inſtituerit Indictionum uſum, dicto anno Chriſti 312. Conſtatinus, eum approbavit Eccleſia in Concilio Nicæno anno. 325. Marian. *dict. lib.* 4. *c.* 16. Calepin. *ubi ſup.* Gaulter. *d. pag.* 279.

Verſ. *Cæterum poſt hujus operis.*

Hanc Onuphrij opinionem vulgò receptam dicit Petavius *ubi proximè.*

Ad Num. 7.

Quæ neceſſario deſiderentur ad valorem inſtrumenti de 19
jure communi, docet Bart. *in l. ſi quis ex argentariis § ſi initium, ff. de edendo,* Panormitan. *in c.* 1. *n.* 1. *de fid. inſtrument.* De jure Regio ea ſtervanda ſunt, quæ habentur *in l.* 13. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recop lat.* & tradunt Aduendan. *tit. de las exceptiones n.* 24. D. Covarr. *pract. c.* 20. Pareia. *de inſtrument. edit, tom.* 1. *tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 2. *à n.* 57. Parlador, *d. c.* Azeved. *in dict. l.* 13. *n.* 15. *cum. ſequentibus.*

AD CAPUT XIII.

De Oratione indefinita, & utrum æquipolleat univerſali.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur qui de materia qui diſſerunt.*
2 *De diviſione propoſitionum, remiſſivè.*
3 *Traditur doctrina Bertoli in* l. ſi ita, ff. de aur. & argent, legat.
4 *Eadem doctrina exponitur.*
5 *Diſpoſitio teſtatoris inſpicitur ſecundum mortis tempus.*
6 *Differentia inter genus, & ſpeciem logicam, & legalem,*
7 *Alius eſt univerſale ratione rei, & aliud quoad verba.*
8 *Univerſale aliud juris, & aliud facti.*
9 *Ius patronatus, quod habetur in Eccleſia, triplex,*
10 *Vendi non poteſt abſque ſimoniæ labe.*
11 *Pœna ſtatuta in vendentes jus patronatus.*
12 *Ius patronatus cum univerſitate tranſit in emptorem.*
13 *Pretium venditæ univerſitatis propter jus patronatus augere non licet.*
14 *Vendita hæreditate, vel alia univerſitate bonorum, ſingula ſub ea contenta vendita non cenſentur.*
15 *In venditione univerſitatis exprimi non poteſt, quod jus patronatus venditur ſub ipſa contentum.*
16 *Si jus patronatus cum univerſitate tranſlatum evincatur, emptor ad pretium ipſius non agit.*
17 *Ius patronatus non tranſit in creditorem cum re pignori data; cui annexum eſt.*
18 *Vendito fundo, in quo ſita eſt Eccleſia, cujus patronatus ad venditorem pertinet. an tranſeat in emptorem fundi?*
19 *Explicatur doctrina proximè tradita.*
20 *Utrum in venditione omnium bonorum veniat jus patronatus*
21 *Patrimonio vendito, non tranſit jus patronatus in emptorem aliquando.*
22 *Indefinita propoſitio non æquivalet univerſali ex vi propriæ ſignificationis.*
23 *Æquivalet, quando apparet de mente proferentis.*
24 *Verba juxta intentionem loquentis ſunt exaudienda neceſſariò.*
25 *Enodatur* l. 2. ff. de liber, & poſthum.
26 *Ambiguitas vitiat diſpoſitionem.*
27 *Indefinita; ubi æquè convenit omnibus ſub univerſali comprehenſis, cedit pro univerſali.*
28 *Exhæredatio non eſt interpretatione juvanda.*
29 *Filius ſub poteſtate non poteſt à patre niſi nominatim exhæres fieri.*
30 *Quomodo nominatim aliquid fieri dicatur.*